

A Catholica tenet; nempe Matthæi, Marci, Luca, Joannis; adeoque quatuor tantum esse veros & indubitatos Evangelistas.

Hujus mundi quadrenarii rationes & symbola ab auctoribus redduntur.

I. Ex IV. mundi partibus, quibus erat prædicandum Evangelium, & Ecclesia propaganda, cujus columna esse veritas Evangelii. Ita Anastas. Episcopus Nicen. q. 56. inscribit.

II. Quadruplici hoc numero indicatur, quatuor hominis transgressiones per Evangelicam doctrinam testandas, nempe eam quæ in Paradiso, lege Naturæ, lege Moysis five scripta, & in lege gratiæ facta est. Hanc rationem habet Auctor prol. in Matth. antiquus.

III. Significatur hic numerus per IV. capita, in quæ divisus scribitur fluvius, qui egrediebatur de Paradiso. Alludit ad hanc fig. Hieron. in prol. Commentar. sup. Matth. P. Damian. serm. de S. Luca.

IV. Exodi 37. scribuntur constati quatuor anguli ad portandam arcam Testamenti, in qua lex domini custodiebatur. Quibus adumbrata IV. Evangelia, idem Hieron. sup. & alii indicant.

V. Sunt hæc quatuor velut Arcæ veteris anguli, de quibus Exod. 25, 26. 37. cujus figuræ iterum meminit Hieronymus.

VI. Sunt etiam quatuor illa animalia plena oculis, visa ab Ezechiele, & S. Joanne, quæ trahunt illustrem illum curram, cui majestas divina insidet; id est, Evangelium, in quo maxime elucet.

VII. Hoc refertur possunt quatuor ille quadræ, de quibus Zachariæ 6. c. Item quatuor rotæ in quadriga Domini, 3. Reg. 7. Ezech. 3. & 10. Atque hæc rationem attingit August. lib. 1. de cons. Evang. c. 7. Irenæus lib. 3. adv. hæres.

Alia rationes videre licebit apud Origenem in Joan. tom. 1. August. q. 1. P. Damian. serm. de S. Mattheo. Ambr. lib. de Tobias. c. 2. Tophylact. præfat. in Matth. Eucher. bom. in dicitur. Ecclesie. Rupert. lib. 1. in Ezech. c. 7.

Reliqua Pseudo-Evangelia ab Hæreticis conficta, aut Pseudo-Evangeliis evulgata, quæcumque ea sint, velut apocrypha, fallæ, & pro non Evangelii habemus. Gelasius Papa in decreto suo dist. 15. cap. Sancta Romana. Novem hujusmodi enumerat è multis, quæ ab Ecclesia nunquam fuerunt recepta. Septem Hieron. sup. proom. Comment. in Matth. Origenes quinque. Eusebius quatuor, alii alia.

Ceterum de quatuor receptis Evangelii, spectabilis est M. Lutheri, qui quinti Evangelii auctor fuit, sententia, tanto Doctore digna: dum enim tribus prioribus Evangelii Paulinas Epistolas præfert, unicum Joannis, pulchrum, verum, & præcipuum decernit. Præfat. in nov. Testam.

Sic veteres Hæretici, quorum doctrinam tot sæculis explorata, Lutherus, ejusque complices rursus in vexerunt, Evangelia repudiabant; ut Manichæi, qui ea ab impostoribus scripta mentirentur. Alii ab Apostolis quidem, sed præter veritatem scripta, adeoque prava fidei dixerunt. Corinthus Evangelium Matthæi dumtaxat recipiebant: Joannem verò Alogiani repudiabant. Nonnulli Marci Evangelio usi fuerunt Valentiniæ, quorum ubera Lutherus fudit, solum Joannis Evangelium agnovērunt. Videatur Iren. & Epioph.

AUCTOR.

Evangeliorum, uti & reliquorum librorum factorum auctor primus ac principalis est Deus. De quo vide quæ diximus in loco & Bibliis, T. II. Bibliorum auctor. Et ab eo auctoritatem sumunt, idcirco & verbum Dei nuncupantur. Spiritu enim sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines, ait Apostolorum princeps; & Paulus dicit ad Gal. 1. se annuntiare Evangelium, quod nec ab homine accepit, nec didicit, sed per revelationem Jesu Christi. Ita Petro dicitur, Caro & sanguis non revelavit tibi, Matth. cap. 16. Inde quæ ab iis traduntur, indubitata & certissima sunt veritates, cum à Spiritu sancto dictata sint, & ab illo Evangelistæ exceperint. Legatur August. lib. 1. de morib. Ecclesie Catholice c. 29.

DIGNITAS.

Evangeliorum dignitas & præstantia, cum ab Authore, tum ex iis quæ per ea traduntur, tum à fine & scopo, desumitur; quibus adde summam utilitatem, necessitatem, perfectionem, aliæque quibus Evangelica doctrina ab aliis secernitur. Quæ omnia potest prudens condecorator fuisse profecti, adhibitis eorum lucubrationibus, qui de hoc Argumentum tractant. Inter quos non infimum locum meretur Joan. Hagnus, in Apparatu Evangelico.

PERPETUITAS.

Lex & Propheta usque ad Joannem, inquit Saluator Christus, quem legem mandatorum decretis evacuasse, Paulus testatur ad Ephes. 2. Idque velum templi in morte Christi factum adumbrasse, Vereres tradunt. E quibus etiam Theoph. Luc. cap. 9. dicit, per hoc quod Jesu à transfiguratione solus sit inventus, significari, quod ad tempus apparebat Lex & Propheta, quorum in locum Moyses & Elias apparuerunt: mox autem iis abolitis, Christi Evangelium servandum, upote quod Testamentum sempiternum vocatur, Bar. cap. 2. & de quo Christus, Luc. 21. Verba autem me non præteribunt.

Et insinuat Greg. bom. 7. in Ezech. id etiam significatum per hoc, quod mystica animalia non revertentur. Isidor. quoque Hispal. 22. lib. Comment. in Num. affirmat, significatum id, quod Moyses in monte Nebo mortuus, & sepultus fuerit. Nebo, sive Nabo, conclusionem significat: In qua finitur lex, non invenitur ejus memoria. Poterit, ait, Evangelii gratia abique ullo finire dicitur, &c.

UNITAS.

Quamvis quatuor sint Evangelia, si vni numeri eorum qui scripserunt attendimus, unicum tamen esse dicitur Evangelium, ex iis quæ scripta sunt. Cum enim eadem loquantur, & eadem contineant, nec in minimo unus alteri repugnet, sicut unus est Christus, una fides, una Ecclesia, sic apud omnes nationes unum est & idem Evangelium, licet à pluribus Evangelistis conscriptum. Videatur August. tract. 36. in Joan. & lib. 23. contra Faust. cap. 7. lib. 18. de Civit. cap. 41. Epiphan. hæres. 51.

APOPTHEGMATA.

S. BARTHOLOMÆUS Apostolus Evangelii encomium paucis verbis complectebatur: dicebat enim, Evangelii legem brevem esse, & longam; brevem quidem, si codicem spectemus, & volumine; longam verò, explanationem & imitationem. Dion. cap. 1. Theod. Mystag. Beyerlink in Apoptheg. Christian.

S. ANTONIUS Eremita, venientibus ad eum Religiosis, & vitæ normam ab eo postulantibus, prolato Evangelii codice: Ecce, inquit, hic omnia ad bene beatæque vivendum necessaria. Balau Cent. 1.

SERAPION Abbas cum se omnibus indumentis spoliasset, ut Christi membra contingeret, & nudus sederet; roganti, Quis te pater spoliavit: prolato, quod sub latere tenebat, Evangeliorum volumine; Hoc me nudavit, ait, ut in quo tam præclara Eleemosynis promissiones factæ leguntur. Pallad. Beyerlink supra.

STIGISMUNDUS Polon. Rex quoque, cum esset veter Catholicus, à nonnullis Lutherano eleboro dementatis sollicitabatur, ut puram reformatamque novi Evangelii doctrinam (ita enim appellat) suo populo proponi pateretur; quibus heroico animo: Non est, inquit, meum de Evangelii puritate inquirere: Episcoporum id munus, quorum ego judicio libens me libenter summito. Prudenter cum Ulyssæ aures clauderet, ne Sirentium fallaces voces in sui exitium excipere cogere; in hæc aspiciis fuit, & obturantis aures suas, quæ non exaudivit vocem incantantium. Surius comm. rer. orbe gestarum Beyerlink supra.

*Evangelici.

Evangelici vocantur hujus temporis Hæretici, qui Evangelium novum quod pridem per Lutherum in orbem advectum fuit, & adulteratum, sequuntur, ut notat Lindanus Dial. 2. Dubitanti. Pete plura ex loco de Hæresibus.

*EUANGELIIS SACRIS EXHIBITUS HONOR.

Uputa, EADEM GESTANDO, CIRCUMFERENDO, &c. Evangelii Sacris merito maximus semper honor præ aliis Scripturæ voluminibus exhibitus fuit. Nam pro diversitate materia, major quibusdam libris debetur præ aliis reverentia. Hinc est, quod S. Barnabas Apostolus Evangelium à S. Mattheo compositum sua manu descripsit, & secum ad pectus suum sepelire voluerit, ut narrat Cedrenus in compend. historiar. ad annum 4. Leonis Imp. Niceph. Call. lib. 17. Hist. cap. 37. Theodor. lector. lib. 2. Collect. Alex. Monach. in vita S. Barnabæ, apud Surium die 11. Junii, & Suid. Sanæ Martyrologium Romanum die 21. Septembr. testatur, Evangelium, ipso revelante, inventum cum corpore S. Barnabæ Apostoli, tempore Zeno-

A Zenonis Imperatoris. Idem asserunt Bedæ, Ado, & Vuar. in Martyrol. die 21. Septembr.

Insuper habetur in actis S. Cæciliæ, quod consuevit Evangelium Christi gestare in pectore. Ab aliis quoque id factum legitur. Et ex S. Andrea Apostoli actis, etiam Apostolorum temporibus id usitatum apparere; sancta enim piæque majorum hæc fuit consuetudo.

Initium Evangelii S. Joannem olim faciebant Christiani, ut nimia penè id religio veneretur. Nam solitos è collo suspensum ferre multos, scribit veteres. Ejus meminit Chrysost. bom. 73. in Matth. dicens, multas mulieres Evangelia ex collo suspendere. Quod veteres Christiani soliti fuerint partem Evangelii collo appendere, testatur quoque facit, Hieronym. in cap. 23. Matth. & Author operis imperfecti in Matth. bomil. 43.

Et illud quidem Patres isti tanquam anilem superstitionem reprehendunt, multuculas enim id maxime fecisse ajunt; & merito improband, dum superstitionis sit; non autem si ex fide, ac devotione & abique omni superstitione illud gestetur, explicat D. Thom. 2. 2. quæst. 96. art. 4. Quinimod ad reverentiam & honorem Evangelii id pertinere manifestum est. Nec video cur id factum non possimus in meliorem partem interpretari; non tanquam amuletum ex superstitione, à veteribus gestatum; sed tanquam fidei symbolum, ut se Catholicos, non Arianos esse profiterentur.

ORNANDO.

CONSTANTINUS Magnus Imp. auctore Evangeliorum volumina unioibus, & pretiosis lapidibus ornata consecit, inque magno templo digna admiratione posuit. Cedrenus in compend. histor. ad annum 31. Constantini.

ZENO Imperator Evangelium Matthæi, cum S. Barnabæ reliquiis inventum, in loco Palatii digniore, in æde S. Stephani in Daphna, auro multo ornatum, reconditum esse voluit. Ita enim scripserunt Theodor. Cedrenus, Nicephorus, Alexander, Suidas, & alii.

Tantum quoque honoris veteres Christiani sacris Evangeliorum libris detulerunt, ut antiqui Scriptores aliquando notent, pretioso velamine opertos, magna veneratione à quibusdam levatos esse.

C. Narrat Anastasius, Gregorium III. Papam, Evangelia fecisse auctore pensantia libras quinquedem.

Idem Michaelen Imp. Benedicto III. Papæ dono mississe inter alia Evangelium auro purissimo tectum, cum diversis lapidibus pretiosis.

LOCO PARTICULARI COLLOCANDO.

Initium S. Evangelii, cui nomen est, secundum Joannem, Platonicus quidam aureis litteris conscribendum, & per omnes Ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat; ut testatur August. lib. 10. de civit. Dei, cap. 29.

Emilium præterea, alioque Platonico Philosopho laudasse, & probasse, quæ Joannes initio Evangelii sui tradidit, ex eoque nonnulla sumpsisse, scribit Eusebius lib. 11. de præpar. Evangelica sub finem c. 10. & Cyrillus 1. 8. adversus Julian. præp. finem.

Augustinus lib. 7. conf. cap. 9. affirmat, se initium Evangelii Joannis in libris Platonicoorum legisse. Et lib. 8. capit. 2. dicit, in libris Platonicoorum insinuari Deum & Verbum. Similia tradunt Basilus bom. 16. in principium Evangelii Joannis, & Chrysostomus bom. 1. & 2. in Joann. Dnens.

Potest quantus honor Evangelii Christi debitus sit, inde etiam fit manifestum, quod in Conciliis illa super thronum in medio ponebantur; ut videre licet in Concilio Chalcedonensi Act. 1. Sacrosanctum enim Evangelium super thronum in Concilio mediantissimo collocatum, ipsius Domini nostri Jesu Christi typum gerebat, juxta illud Psalm. 61. Deus sedet in synagoga Deorum, in medio autem Deos duplicat.

LEGENDO VEL CANTANDO CERTO RITU.

Nata est in Ecclesia Catholica consuetudo, ut peractis sacris prima Evangelii secundum Joannem lectio, tanquam alterum fidei symbolum, recitetur.

Hoc quoque ad Evangelii honorem referendum videtur, quod in Ecclesia publice non nisi à Diacono, vel Presbytero legendum sit, ut habet Clemens Papa 1. 2. constituit. Apost. c. 61. Item quod, cum Evangelium in Ecclesia publice legitur, standum sit: Ita Clemens ibidem, & Anastasius Pp. epist. 1. c. 1. & refertur apud Gratianum distinct. 1. cap. 65. Apostolica auctoritate. Hinc illud reperit in Ecclesia videtur observatum,

ut dum illa tria Cantica ex Evangelio recitantur, Benedictus, E ad Laudes; Magnificat, ad Vesperas; & Nunc dimittis, ad Completorium, omnes stare soleant: Hoc enim Apostolica traditio requirit.

Quod si cognoscere velis, quidnam hac in re Augustini tempore in Ecclesia usum receptum erat, audi, quid hac de re dicit Rom. 26. ubi sic habet: Ante aliquos dies, propter eos, qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate sollicitus, consilium dedi, & quodammodo supplicavi, ut quando aut passionibus proluxæ, aut ceteræ aliæ lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes, attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc verò aliæque de filiabus nostris putant, quod hoc aut omnes, aut ceteræ plures, quæ sanæ sunt corpore, frequenter debeant facere. Nam ubi verbum coepit recitari, quasi in lectulis suis ita jacere volunt; atque utinam vel jacerent tantummodo, & tacentes verbum Dei sitienti corde suscipere, non etiam se ita otiosis fabulis occupant, ut quod prædicatur, nec ipsæ audiant, nec alios audire permittant. Unde rogo vos venerabiles filie, & sollicitudine paterna commoneo, ut quando aut lectiones leguntur, aut verbum Dei prædicatur, nulla se in terram proficiat; nulli forte quam nimium gravis infirmitas cogit. Sic tamen non peccat; sed magis sedat, & attentis auribus, quæ prædicantur, avido corde suscipiat.

CUR STANDO LEGENDUM EUANGELIUM.

Rationes cur stemus, dum Evangelium legitur, variæ adferri possunt: una est, quod in eo promittuntur æterna, ad quæ suspirare nos oportet, juxta illud quod in Missa dicitur: Surge corda, Habemus ad Dominum; & illud ad Col. 3. Quæ sursum sunt querite, quæ sursum sunt sapite.

Quidam præterea non stare putant, dum pronuntiat Evangelium, ut meminerimus id nobis defendendum, & parati sumus usque ad mortem pro tuenda Evangelii doctrina pugare. Eam enim ob causam in quibusdam locis ajunt, tum gladio manus à laicis, etiam si Christi doctrinam suam armis vindicari non jufferit, admoveri.

Tertio fit hoc professio ad doctrinæ Christianæ reverentiam. Tanto enim dignior & nobilior est doctrina, quanto ex nobiliori ore procedit. Hinc est, quod lecturus Evangelium Diaconus à Sacerdote accepta benedictione, visibiliter mititur, sicut Apostolos Christus prædicare misit: Subdiaconus autem lecturus Epistolam, tantum invisibiliter mititur, ad denotandum, quod in veteri testamento, Prophete invisibiliter à Deo missi sunt.

Præterea cum pronuntiat Evangelium, misericordia & copiosa redemptio, quam populo suo Deus fecit, legitur. Ideoque tanquam illi misericordiam occurrere volentes, eamque expectantes, & libenter audientes, surgimus.

Denique ideo forte ad lectionem S. Evangelii non de geniculis, ut Tertullianus loquitur, sed stantes adoramus; eò quod geniculari in orando velut penitentis sit: qui verò stans adoratur, tanquam jam veniam consecutus, gratias agit. Stamus etiam, ut diligentius audiamus. Si qua enim verba diligentius audienda sint, profecto ejusmodi sunt ipsius Christi, ut habet Chrysost. bom. 1. in Matth.

MIRACULA A DEO EXHIBENDO.

Refert Maffæus lib. 14. hist. Indic. de muliere quadam, quæ à demone propemodum oblecta, spectrique horricis agitata, in ultimum venerat vitæ discrimen: Evocatus à marito quidam è Societate Jesu Presbyter, ut afflicta & exangui manus imponeret; per occupationes ipse tum quidem adire non potuit, ceterum schedulam, inscripto D. Joannis Evangelio, pro se misit, quam pesti amovende mulier è collo suspenderet. Id ubi factum, confectum levata morbo, terroribusque soluta, surrexit.

EUANGELIORUM CONTEMPTUS; Irreverentia, abusus.

Vide locum de Impietate, T. II. Impietas erga libros sacros.

Eucharistia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Eucharistia dicitur Gratiarum actio, sive Gratiani pro accepto beneficio significatio, quomodo a voce uritur Lucas Actor. c. 24. vers. 3. & Tertullianus exponens loci Pauli ad Coloss. 3. ubi dicitur, Grati estote, intelligit de Eucharistia. Sic enim Græcè legitur εὐχαριστία, quia Eucharistia omni

A omni gratitudine & gratularum actione est profecunda natura sua. Utitur autem ad eam rem testimonio *Dionysii de Eccl. Hier. c. de Communione*, ubi ait: Qui propter turpem vitam facti non sunt participes mysteriorum, remanisse dicitur: contra vero qui digna participatione altitudinem & magnitudinem cognoscunt, laudes illius dicitur, id est, grata memoria celebrare. Sunt tamen alia notiones hujus nominis ab Orthodoxis assignate, ut Eucharistia sit idem, quod bona gratia, nempe qua Deus animam replet ut peculiare pignus vite aeternae. Et quia continet ipsum gratiae fontem. Cui etiam altaria & templa extruuntur ad gratias agendum: quae aliquo modo comparare possumus cum illo, quod *Abraham* in media Civitate constructum meminit *Aristoteles lib. 1. Ethic. capite 5.*

Uti tamen Ecclesiastico accommodatum est nomen Eucharistiae ad divinitimum novae legis Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi, ab eodem in ultima cena sub speciebus panis & vini institutum, ut in quo; est enim & sacramentum & sacrificium; gratiae Deo maximae, summumque cultus exhibetur.

NOMINA ILLIUS VARIA.

S. Thomas par. 3. quest. 73. art. 4. docet, augustissimo huic Sacramento varia attribui nomina, ut ejus excellentiae & proprietates facilius explicentur. Primum enim, quia est cibus animae nostrae, dicitur panis vivus de caelo descendens. *Joan. 6.*

II. Dicitur Synaxis, sive Communio, quia significat unionem omnium fidelium cum Christo & inter se, ratione materiae, quae ex multis granis tritici inter se unitis, & unam massam constituentibus componitur: sicut fideles cum Christo capite unum corpus mysticum constituunt. Quam etiam unionem hoc Sacramentum inter alia omnia praecipue causat, & auget.

III. Quando datur mortuus dicitur Viaticum, quia vires sumptuque hinc migraturis sappedat.

IV. Dicitur Hostia, quia est id quod per Sacrificium in cruentum Deo offertur.

V. Dicitur Eucharistia, de quo supra.

VI. Singulariter dicitur Mysterium & Sacramentum: quia inter omnia Sacramenta rem maximè arcanam maximumque mysterium continet.

FIGURA ILLIUS E VETERI Testamento.

Memoriam fecit mirabilem suorum misericors & miserator Dominus, eam dedit timentibus se. Admodum eleganter hunc Psalmi versiculum plerique veterum augustissimo huic Sacramento accommodant. Cujus omnis ratio excedit omnem admirationem, ut loquitur *S. Ephrem*; omnem mentem, omnemque sermonem. Cujus rectè excellentiam ex veteris Instrumenti figuris quae umbræ erant futurorum, clarè erunt Catholici. De ratione namque figuræ est, ut figurato suo inferior sit. Servit enim figura veritati, & per eam illa perficitur ac impletur.

Plures autem sunt, eaque praestantissime hujus Sacramenti figurae. Prima est, Panis ille per Regem Salem sive justitiae Melchisedech oblati Deo in gratiarum actionem, pro victoria per Abrahamum obventa, devictis 5. Regibus. Erat enim Sacerdos Dei altissimi, inquit Scriptura. Eamque figuram praeter *D. Cyprianum lib. 2. Epist. 3. Ambrosii lib. 4. de Sacram. cap. 3. Hieronymum Clementem* & alios, agnoscit *B. Chrysostomus lib. 35. in Genes.* dum ait, Vides, quomodo sacramentum nostrum insinuat. Vidisti typum, cogita, oro, veritatem. *Genes. 14.*

Altera erat Panis Propositionis, qui solum à puris & sanctificatis edi poterat. *Exod. 4. & 1. Reg. 21.* Testatur praeter *Damascentum & Cyrillum, D. Hieronymum in cap. 1. ad Titum.* Tantum interest, inquit, inter panes propositionis, & Corpus Christi, quantum inter umbram & corpora: inter imaginem, & veritatem: inter exemplaria futurorum, & ea ipsa quae per exemplaria figurantur.

Sed & Panis Primitiarum de quo legitur in libro *Levitici cap. 23.* ab *Irenaeo lib. 4. cap. 32.* hoc Sacramentum praesignificasse traditur, qui ad illum alludens, vocat Eucharistiam primitias munerum divinatorum in novo Testamento.

Illius Sacramenti hujus figura fuit Agnus Paschalis, de qua *S. Augustinus lib. 2. cont. lit. Petilianum cap. 37.* Aliud est Pascha quod Judaei de ove celebrant, aliud quod nos in Corpore & Sanguine Domini accipimus; & colliguntur ex ipso Evangelio, ubi legitur, Dominum Jesum post Agnum Paschalem

Judaico ritu manducatum, continuè Sacramentum Eucharistiae instituisse: Idque non alio fine ait, *D. Leo serm. 7. de Passione Domini*, quam ut significaret, antiquam observantiam novo Sacramento adimpleri. Et constat caeremoniam Agni Paschalis fuisse positam vel maximè in manducatione. Quocirca illi respondet in Testamento novo agnus ille qui tollit peccata mundi, quatenus manducatur. Et manifestè colligitur haec figura ex Evangelio *Joannis. cap. 19.* ubi Christo accommodat hanc Scripturam *Exod. 12.* quae est de Agno Paschali, Os non comminuetis ex eo, quòd typicè adumbrabat, non imminuenda ossa, quomodo crura latronum qui cum eo erant crucifixi, fracta leguntur, veri Agni in Cruce immolandi, & à fidelibus manducandi; idque non in simbolo, figura, aut imagine, sed verè, & in propria substantia; alioquin non responderet veritas umbræ veteri, cum multo praestantior hac ratione fuisset Agnus ille Judaicus, quam Agnus noster, si duntaxat eum intelligimus in figura, id est, crustulum esse panis. *Legè Adr. Hofstad. in serm. 5. de Eucharist. Bell. 1. 1. de Euchar. c. 3.*

Etiam Judaicum Manna, quod Deus aluit populum in deserto, ut constat *Exod. cap. 16.* quodque in Scripturis vocatur Panis Angelorum, Caeli, & Coelestis; evidentiſſimus Sacramenti hujus typus fuit. Patet ex verbis Domini, *Joan. cap. 6.* Patres vestri manducaverunt Manna in deserto & mortui sunt: qui manducat hunc panem, scilicet quem ego dabo, vivet in aeternum. Figuræ rationem in multis ponunt Veteres, quae collectim tradit *Cardin. Bellarm. supra*, & dicit: Manna datur in deserto, dum filii Israel transire mari Rubro, ad terram promissionis peregrinet: ita etiam & notat *Aug. tract. 11. in Joan.* Eucharistia datur in hujus vite deserto, dum post baptismum, cuius typus fuit Mare Rubrum juxta Apostol. *1. ad Cor. cap. 10.* tendimus ad patriam caelestem. 2. Manna id habuit lingulare, ut dicit *Sapient. cap. 16. Sapientia*: idque bonis & justis: impiis vero erat in nauseam, ut colligitur *Nom. cap. 21.* quoniam plures murmurationes & contradictiones sustinebat: de quibus *Psal. 77.* & loco Numer. allegato. Similiter Eucharistia bonis, & timoratis, & contradiçtionibus accedunt, mira dulcedo est; indignè manducantibus, judicium: Mors est malis, vita bonis; Vide parit summoplenis, quam sit diſpar exitus, canit *D. Thomas Aquinas*: & contradictiones circa hoc Sacramentum notissimae hoc aro sunt. Nunc ergo si Manna illius figura fuit, debet utique esse praestantior Eucharistia veteri Manna: quomodo Christus dixit, Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum, *Joan. 6.* quod tamen non erit, si tantummodo, ut vult *Calvinus*, eam in figura & typo accipimus.

Denique Figura hujus Sacramenti fuit Sanguis Testamenti, de quo *Exod. cap. 24.* & *ad Hebr. 9.* Apostolus describit, Moysen nomine Dei mandata legis proposuisse, deinde aperuisse sanguine populum ac dixisse, Hic est sanguis Testamenti, quem misit ad vos Deus. Quae figura in Sacramenti hujus institutione impleta est, quando dicitur verbis Dominus ait, *Luce cap. 22.* Hic Calix novum Testamentum est in meo Sanguine; imò iidem verbis usus describitur à *Matth. cap. 26.* quibus Moyses usus fuerat, Hic est sanguis meus novi Testamenti. Tunc etiam idem Dominus proposuit legem, prout Moyses quoque fecerat, cum ait *Joan. cap. 13.* Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem & asperſit sanguinem in corda discipulorum. *Bellarmin. supra.*

PROMISSIO.

Amoris sui pignus demonstratur in filios novi Testamenti unigenitus Dei filius, & quantum illos praeter aliis populis anteferebat doctrinam, seipsum, hoc est, carnem suam & sanguinem, non fide tantum, ut volunt Reformationis praesente Sectatores, quia sic etiam veteri Ecclesiae data fuerunt, sed reſcripta in Sacramento tamen sumenda & manducanda pollicetur, dicens: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ac litigantibus Judaicis super duro illo sermone, intelligebant enim eum loqui de manducatione suae carnis in propria specie extra Sacramentum; non correxit suam sententiam, sed amplius inculcavit, addita comminatione: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis, &c. post quae subiungit: Non sicut manducaverunt Patres vestri Manna in deserto, & mortui sunt; ubi non sit

A sit comparatio inter Manna vetus, & hoc Sacramentum ut sumitur sola fide; sed ut in Sacramento. Hinc toties meminit manducandi & bibendi, cibi & potus. *Joan. cap. 6.*

INSTITUTIO.

Itaque quod ante promisserat, libenter largitus fuit in ultima cena: quod post agnum paschalem manducatum, pridè quam pateretur, accepit panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & comedite: Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem, postquam cenavit, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes: Hic est enim calix sanguinis mei, novi & aeterni testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Ac his ipsis verbis hoc Sacramentum fuisse à Christo institutum, est fidei, definitum in variis Conciliis. Et colligitur evidenter, quòd tres Evangelistae cum Apostolo Paulo, qui diverso tempore scriperunt, locis tamen diversis, iidem tamen verbis utantur. *Matth. c. 26. Marc. c. 14. Luc. c. 22. Paulus ad Corinth. epist. 1. c. 22.*

Et quidem Christum in ea cena dedisse discipulis suis verum corpus & sanguinem suum, non typo, in figura, vel imagine, luculenter evincitur, ut omittam promissionem, B utum, ac praeterea alia, ex ipsis Institutionis verbis, quae ita clara sunt, ut quis intellectus tantummodo iidem, quocumque tandem idiomate pronuntiantur, sua spontè feratur in verum ac genuinum eorundem sensum, utique adeò ut nullus etiam vel maxime valeat, ullum aut tropum, aut figuram cogitatione assequi conetur. Unde non immeritò *D. Paul.* affirmat, indignè fumentem non diſpicere Corpus Domini: non dicit, Figuram, &c. neque enim figura corporis tradita, aut sanguinis figura effusa, sed ipsum corpus & sanguis verè, realiter & substantialiter, quomodo etiam sub hoc sacramento contineri, Conc. Trid. Patres declararunt. Cum enim Christus in ultima cena relicurus discipulos corporali praesentia, testamentum novum condiderit in sacramenti hujus institutione, clara oportuit esse testamenti verba, omnis figuræ & metonymiae experta, quomodo in testamentis humanis fieri videmus; ut ita omnis occasio refelandur disputandi de voluntate Testatoris. Quod vel potissimum locum invenire debet, quando cum testamento praecipuum vel alia quaeritur, quomodo in presenti. Dicitur enim, *Accipite, comedite, bibite, &c.* ad extremum, *Hoc facite in meam commemorationem.* Verba autem legum peritica sunt, necessaria est, uti etiam omnia illa quae per e determinantur. Ob quam causam Episcopus calicem deserti mandavit. Et haec pro Institutione sufficerent.

MATERIA. FORMA. MINISTER.

Materia hujus Sacramenti est panis, & vinum: Forma verò, verba à Christo prolata, Hoc est corpus meum: & Hic est sanguis meus, vel Hic est calix sanguinis mei. Minister necessarius, Sacerdos, cui competet facere, hoc est sacrificare, sive offerre: cuius tanta est dignitas & facultas, ut ore suo augustissimum hoc Sacramentum conficere, & verum Christum, verè, realiter, & substantialiter sub visibilibus speciebus valeat collocare: ipsumque panem & vinum in substantiam corporis & sanguinis Christi transmutare. Est enim ait *D. Ambr. lib. 4. de Sacram. c. 4.* panis autem verba Sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi.

De S. Hugone memoriae prodium, quòd ei oranti, & in hujus Sacramenti contemplatione occupato, apparuerit Christus forma puerili, qui dicebat: Ecce, manduca me. At vit sanctus hoc visu territus, supplex oravit, ut sub familiari panis specie se illi exhiberet manducandum, cum humana natura ab est rerum crudarum in sua substantia & forma exhiberetur abhorreat, ac panis commune omnibus alimentum sit. Audivimus orationem deprecans Dei filius, ejusque desiderium expetere specie exhibitione implevit. *Io. Viguer. in Inst. Theol. c. 16. §. 3.*

ERRORES CIRCA MATERIAM.

Circa Materiam hujus Sacramenti hallucinati traduntur Cathartes, à patria ita dicti, alioquin alia voce Montaniste à Montano suo principe appellati. De quibus ita *B. Aug.* Sacramenta perhibentur habere fœnesta: nam de Infantis antinucili sanguine, quem de toto ejus corpore minutis perfusionibus extorquebat, quasi Eucharistiam suam conficere perhibebat, miscentes cum farina, panemque inde facientes. Qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro Martyre; si autem vixerit, pro magno Sacerdote. *Aug. lib. de heres. sect. 26. & Epiphanius heres. 48. sub finem.*

Similem trulentiam idem August. adscribit alicui col. *L. B. T. beat. Vite Human. Tom. 111.*

lusive Sectariorum, quos vocat Pepuzianos, à Pepuza civitate E Phrygiae, qui orti existimantur circa annum 181. *Supra c. 27.* Ophite Graecis, Serpentinae Latinis; Ophis enim Serpentem significat Graecè; loco panis, ad coniectionem Sacramenti adhibebat farinam, in qua serpens aliquid volutaverat. Dicebant enim, tactu Serpentis farinam velut sanctificari. *Epiphanius heres. 37. Aug. supr. sect. 17.*

Prioribus secleratores Manichaei à Manete natione Persa nuncupati; qui quòd panem creaturam Diaboli dicerent, eum priusquam in alimentum sumerent, execrandis adjurationibus purgabant. Quin farinam, ex qua Christi corpus conficiebant, humano semine miscebant, dicerent, per illum commixtionem illam purgari: & ita, Deo ad supplicia inferenda lenito & longamini, conficiebant execrandum Sacramentum. *Idem Aug. lib. de heres. c. 40.*

Sed & Calvinistae nostri temporis, pro Materia accipiunt communem & fermentatum panem, quem in buccellas aptant quales alendis pullis gallinarum adhibere solemus: cum tamen Ecclesia Latina semper in azymo pane, exemplo Christi qui azymum adhibuit, consecraverit.

In Germaniè quibusdam locis Lutherani utuntur simellis, quibus imprimunt characteres, & effigiem principis, leonis aut alterius animantis; unde occurrente die cenae, Rustici solent sibi mutuo dicere: Hodie leones vorabimus. *Adrian. Hofstad. serm. 22. de Euchar.*

Quin & sibi narratum memorat idem *Hofstadius* à viro fide digno, non defuisse Ministrum, qui buccellis deficientibus loco Sacramenti, singulis porrexit orbicularem particulam farcininis, dicens, apud Hebraeos nomine (panis) significati omnem cibum. *Hofstadius supra.*

Fuerunt etiam olim *Apostolici*, Heretici Calcearii, qui panem & calicem adhibebant in consecratione, azymum, panem, triticum, calicem significat. Vide de his *August. supr. sect. 49.*

Quoad calicem verò, fuit tempore S. Cypriani Tatianus, qui aquam solam calici infundebat; de quo errore, *Epiphanius heres. 46.*

Alii timore quodam civili, ne mane convenientes ad S. Synaxin, ex odore deprehenderentur Christiani, vino abstinabant; quos egregiè perstringit *S. Cyprianus Epist. 63. ad Caecilium*: Sic incipit, inquit, & à passione Christi fraternalis retardari, dum in oblationibus dicit de sanguine ejus & cruce re confundi.

Quorundam infania lac sumere ausa est; de quibus *Concilium Bracarense 3. in proaemio.* Graeci plerique aquam calicem calici imponunt. Sunt qui salem & mel addiderunt. De his *Conc. Antistod. can. 8. & Canon. Apost. 3.* Eum depositio non dignum pronuntiat, qui tale quid contra Domini ordinationem fecerit.

Quos omnes certè confundit, & erroris gravissimi arguit Ecclesia Catholica, quando & Christi exemplum, & Apostolicam doctrinam secuta, in consecratione corporis panem triticum, eumque azymum: & in consecratione sanguinis, vinum de vite, modico aquae permixtum, tanquam materias necessarias, sive de necessitate Sacramenti, sive necessitate praeccepti, jam tot faculis adhibuit, & abique ulla immutatione adhibet. Sed de hac aquae in calice permixtione illa latius.

ERRORES CIRCA INTERPRETATIONEM FORMAE.

Circa Formam hujus Sacramenti, propè infinitae sunt interpretationes & errores: imò tam multiplices ritae & contentiones etiam in eadem Secta, ut de his dici merito possit, quod de Ariani Ecclesiam turbantibus olim dixit *B. Hilarius*. Miserebile, tot nunc fides existere, quot voluntates: tot doctrinas, quot mores: Ita quique fingit sibi nova in dies monstra interpretationum super quatuor verbis à Christo prolatis, Hoc est corpus meum. *Lutherus in lib. quod verba cenae adhibe siniter sent.* scribit, decem fuisse suo tempore Sacramentarium opinionum super his verbis.

Et nuper anno M. D. LXXVII. prodit libellus, in quo recensentur ducentae horum pauculorum verborum interpretationes, vel depravationes, ut notavit *Card. Bellarm. lib. 1. de Euchar. c. 7. tom. 2. Controversiarum*: Qui advertit, omnes potissimum ad novem reduci, tanquam ad capita caeterarum, quarum tres circa voculam, Hoc: tres circa voculam, Corpus: duae in verbo, Est: unica in pronomine, Meum, consistit.

Andreas Carolstadius voluit pronomen, Hoc, exponi per nomen, Hic: & verbis istis, Hoc est corpus meum, non aliud significari, quam, Hic sedet corpus meum. Neve de hac

A expositione quis audeat habitare, asseruit in libro edito Basilien anno M. D. LXXIV. se ex revelatione Patris aeterni hanc interpretationem accepisse. Adversus quam revelationem Lutherus scripsit librum, Contra caelestes Prophetas.

Bucerus & Joannes Laskus volunt, pronomen, Hoc, significare totam actionem cenae: ut hinc habeat sensum: Haec actio corpus Christi representat, Bucerus in retrat.

Joannes Langius per (Hoc) intelligit panem, quem tamen & metaphoricè exponit; nempe, Corpus meum est hoc, scilicet panis: quia nutrit animas, eaque reficit instar panis. Joan. Lang. in annot. ad 2. apolos. Iustinus.

Ceterum Hulricus Zibingius scribit, verba illa Christi esse tropicè intelligenda, eumque tropum consistere in verbo substantivo, Est; quam doctrinam spiritus; ater an albus fuerit, dicit se non meminisse; noctu per quietem illi etiam inspiravit. Constat ex lib. ejusd. cui titulus, Subsidium Eucharistiae. Item lib. de vera, & falsa Relig. c. de Eucharistia.

Petrus Bequinius contendit rectè, panem appellari corpus Christi, propter idiomatum communicationem, quomodo B propter eandem dicimus, Hic homo est Deus; ubi, est, idem erit, quod, dicitur, v. g. Panis dicitur corpus meum. In examine lib. Heshy post initium.

Joannes Oecolampadius non agnoscit tropum, nisi in nomine, Corpus; vult enim panem dici corpus per Metonymiam, qua signum pro re signata: vel è contra ponitur; ut sit sensus: Hic panis est figura corporis mei. Ita habet in lib. de genuina expositione horum verborum.

Verum Joannes Calvinus, quamvis eum Oecolampadio admittat tropum, tamen quodam loco vult panem esse nudam figuram corporis Christi, sed figuram que rem ipsam exhibeat; ideòque Christum meminisse sui corporis, non figuræ corporis, lib. 1. in scrip. cap. 17. §. 21.

Sunt tamen è Calvini discipulis, qui nomen Corpus pro corpore mystico accipiunt, id est, pro Ecclesia, ut sit sensus, Accipite & manducate, hoc est enim corpus meum; hoc est quia vos discipuli estis corpus meum. Refert Cornel. Jansf. in concor. Euang. c. 59.

Denique quidam Joannes Campanus exponit hoc modo, C Hic panis est corpus à me factum & creatum. Idque ex loco quodam Lutheri, qui ut irrideret Sacramentarios, eam expositionem excogitaverit, ut videre est apud eundem Lutherum lib. quod verba cano firmiter stent: & in sua brevi confessione, edita anno 1544.

MIRACULA CIRCA MATERIAM ET FORMAM S. EUCHARISTIAE. EXEMPLA HISTORICA.

Circa hoc biennium, inquit Casarius, juxta Coloniam in villa, quae Bella vocatur, gestum est, quod dico: Die quadam cum Sacerdos Missam celebraret, & dicto Evangelio hostiam patrenae superpositam super corporale collocasset, illa mox resiliit. Putans hoc sacerdos casu accidisse, neque hostiam bene locatam, denud tandem superposuit; quae remota eo innocte resiliit, quam praeis: cinque tertio id tentasset, quasi turbine impulsit, projecta est de altari. Quo viso territus est valde, & precepit scholarios, ut eadem hostia reservata, aliam supponeret, quam & consecravit. Dicta verò Missa, tollens secum hostiam praedictam, Coloniam prope-ravit, hostiam ostendit, quid de ea actum sit, recitavit. Cunctis causam mirantibus, unus clericorum hostiam contra lucem levans, maculam in ea contemplans est; quam cum in conspectu multorum frigidisset, cimex, qui vulgò pediculus parietinus dicitur, apparuit ac decoctus. Et glorificaverunt Dominum omnes qui aderant: haud dubium, quin à sanctis Angelis rejecta est, qui non sunt passii, ut panis tam terreo vermiculo corruptus, per ministerium sacerdotis transfret in corpus Domini sui. Cas. lib. 9. dialog. cap. 56. Garer. lib. de Euch.

Anno à Nativitate Domini 1384. quidam dictus Oluvaldus Muller, ex nobili ortu prosapia, in templo pagi Sevelid non procul ab Oeniponto in finibus Comitatus Tirolis, & ibidem in castro vulgariè Scloperg nuncupato residens, tempore Paschali, quo Christi fideles ex praecepto Ecclesiae ad communionem Eucharistiae accedere solent, majori hostia, & non ut ceteri laici, communicare volebat. Extimore itaque huic Sacerdos perniciosè assentiri volebat. Sed dum veterabile Sacramentum supra linguam antedicti Oluvaldi poneretur, ecce miraculosè ante altare terra se aperit, ac si ipsum Oluvaldum prostris deglutire vellet; & in illam ul-

que ad genua cecidit. Ille vero manibus latus altaris apprehendit: sed altare isthic toti instar cere mollescere cepit, manibusque cessit. Oluvaldus praesentem Dei vindictam praesentens, mox poenitentia ducitur, veniam à Deo precatur: Cumque hostiam deglutire non posset, Deo id non permitte, sacerdos eam in sacrum reponit; quae etiam hodie isthic fanguineo colore divinitus tincta, & ex lingua saliva nonnihil contracta conspicitur. Ubi etiam jam inde ad nostra usque tempora plurima sunt miracula. Ego Thilman. Bredembachius ex Urbe in Germaniam reversus, monitus à R. D. Martino Eliengreinio, ut ad locum istum diverterem, altare ipsum, & in eo manus Oluvaldi vestigia vidi & contractiva: ac juxta illud terra hiatum, quo absorberit ceperat, modò ferreis cancellis obiectum: denique ipsam hostiam, & castum, in quo vixit, conpexi. Porro Oluvaldus iste sic divinitus correptus, in molestam incidit agnitudinem, poenitentiamque agens, & confessus, aliquanto supervixit tempore, demum mortuus in Domino. Errorem vero hujus Oluvaldi jam olim ante multa saecula confutavit Eusebius Emisenus: Eucharistiae sacre perceptio, inquit, non in quantitate, sed in virtute consistit. Quod corpus, sacerdote dispensante, tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto; quod cum Ecclesia fidei sumit, sicut plenum in universis, ita integrum esse probatur in singulis, &c. Ex tabula enea in templo pagi Sevelid. Tilm. Bredembach. lib. 1. collat. sac. cap. 55. an. 1384.

Frater quidam erat in cenobio Guziba, ut nobis Abbas Gregorius Scholasticus reulit, qui sanctae oblationis verba, ritumque didicerat. Die ergo quadam missus, ut benedictiones ferret, cum jam rediret ad monasterium, verba sanctae oblationis, quasi verus aliquos caneret, dixit: Eadem vero benedictiones impoferunt Diaconi sancto altari. Quas cum Abbas Joannes Presbyter offerret, qui postea Caesareae Palaestinae Episcopus fuit, non vidit, ut solitus erat, S. Spiritus adventum: contristatusque valde, & cogitans, ne quid forte peccasset in mente, atque idèd lo Spiritum Sanctum avertisse, ingressus est sacrum plorans corruitque in faciem suam. Apparuit autem ei Angelus Domini, dicens: Quoniam frater ille, qui oblationes attulit, verba sanctae oblationis in via dixit, sanctificatae jam ac perfectae sunt. Et tunc igitur statuit senior, ut nullus deinceps addiceret sancta oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset; neque passim ea quispiam diceret. Sophron. in Prat. spir. cap. 23.

Ferunt, cum olim alta voce profertur Canon, omnes ferè per assiduum usum illum memoria tenuisse, atque in vicis & compitis publicè decantare solitos esse; unde cum quidam pastores, quodam aulici temerario, pane super lapidem posito in agro verba consecrationis hostiae protulissent, mox igne caelitus in eos dimisso, divino judicio sunt absumpti, ut per hanc poenitionis severitatem ceteris essent exemplo, ne unquam tale quippiam attentarent, neque divinis abuterentur mysteriis ad jocum vel ludibrium. Quod ipsum quoque attestat Michael Buchinger. Culmariensis in suo Tyracino de sacri altaris mysterio. Jodocus Clithoreus lib. 3. Elucidarii Ecclesiae.

In pago quodam, cui nomen Venus vicus, Rusticus quidam in divertorio, dum Eucharistiam irridet, subito exanimatus est. Rem sic actam testes docuerunt: Aditus quidam rusticus perferbat scrinium plenum panibus consecrandis, quas hostias vocant; huic comes erat alter rusticus, qui quondam fuerat clericus. Ubi venum est ad vicum modò dictum, libuit ibi habere in divertorio. Petit comes ille ad editum hostiam dono. Illo candente accipit, & incipit per ludibrium consecrare. Campanaria videns increpat. Ille: Nihil, inquit, tua refert: i, apporta vitum. Ubi redit mulier, videt hominem colapsum: rogat quid habeat. Respondent ibi potantes in alia mensa: Fortitan habet illum syncope. Mulier adfert acetum, admovent; sed frustra, erat panis mortuus. Haec non est fabula. Tilm. Bredemb. lib. 1. cap. 66. colat. sa-crar.

Anno 1145. cum Eugenius Papa Viterbii consisteret, Orientales ex Armenia atque Syria Legati ad eum venerunt, prout Otto, qui praesens aderat, fidelissime scripsit: Ea inquit, tempestate Legati Armeniorum Episcoporum, eorumque Metropolitani, quem ipsi Catholicon, id est, universalem, propter infinitum, id est, amplius quam mille Episcoporum

Arum sub se habentem numerum vocant, Legati ab ultimo penè Oriente, summum Pontificem Viterbii, laboriosum iter per annum & sex menses complentes, adeunt, eique ex parte illius Ecclesiae, subjectionem omnimodam eum constatitudo offerentes, causas viae nobis cum aliis multis praesentibus apud veterem Aulam aperunt, quae tales erant. Inter ipsos & Graecos quadam de ritu sacrificii habitudo est in quibusdam, in aliis vero discrepantia. Ponunt enim fermentatum panem, sicut vult; aquam autem vino non admiscunt, sicut nos & illi. Praeterea Nativitatem Domini, Epiphaniae continuantes, duas illas festivitates unam faciunt. Pro his & aliis dum inter se dissentient, Romanam Ecclesiam judicem eligentes, consilium veniunt, formamque sacrificii juxta consuetudinem ejus sibi tradi deposcunt. Quos Romanus Antistes gratanter suscipiens, Missarum solemnibus ac sacrificiis secretis adhibuit, diligenterque ea quae fiebant ibidem, eos animadvertere monuit. Quod dum faceret, intentique sacro altari assistens, unum ex his Pontificali dignitate praeditis, factum postmodum in plena Curia retulit, in B. Martini octava, quando dedicatio Ecclesiae celebrari soleret, summo Pontifice divina mysteria agente, splendido fulgore radiis solis super caput ejus coruscare, & in ipso duas columbas ascendentes & descendentes vidit. Cumque diligentius haec illaque oculos circumferret, nullumque aditum, per quem lux illa transunderetur, inveniret, deificum hoc esse cognoscens, ac ad obedientiam Romanae Sedis amplius accensus, cunctis, quae viderat, aperuit. At venerabilis Pater non fuit hoc meritis attribuens, ipsius potius fide caelitus hoc sibi monstratum affirmabat; ut videret Ecclesia, à qua ipse missus fuerat, Sacramentorum virtutem veritatis luce persufam cognosceret, ac deinceps quali ea reverentia & forma tractare deberet, addiceret. Otto. Episcop. Prising. lib. 1. Hist. cap. 32. apud Baron. tom. 22. ann. 1145.

Aliquando fortè proficisceretur S. Samonas Episcopus Gazensis Emelem cum multis aliis, & familiari colloquio de variis atque diversis rebus utentes, quod eos in itinere consolabatur, ultra quam decuit in sermone progressi sunt. Ex quorum numero viri quidam doctus atque facundus, genere Satacenus, ad narrationem mysteriorum conversus, Samonam interrogavit his verbis: Heus, Episcopo, ex te audire velim, quamobrem vos Sacerdotes Christianis illuditis, dum panem ex farina coctum eis minutim parientes, corpusque Christi nominantes, remissionem peccatorum fieri his, qui eum recipiunt, confirmatis? Vobiscum ipsis illuditis, an his, in quos habetis imperium? Samonas. Quid narras? panisne, Dei corpus efficitur? Saracen. In utram partem contradictionis respondeam, mihi incertum est. Samon. Tantumne, quod est, te genuit mater tua? Saracen. Minime. Sam. Sed quantum? Saracen. Parvulum. Samon. Quis tibi in magnitudinem ita product? Saracen. Alimentum, Deo ita annuente. Samon. Ergo panis tibi in corpus conversus est? Saracen. Ita profus existimo. Samon. Haud quidem scio. Samon. Per guttur cibis & potus in ventriculum dimittuntur, tanquam in ollam aliquam. Sed cum hepar calidum adiaceat stomacho, coquitur alimentum, & in chylum convertitur: quodque crassum est, deorsum abit: quod autem tenue, in chylum mutatum innat. At verò cum je-cur sit calidum, molle, & laxum, ad se attrahit, & in sanguinem convertit: nec non univertum corpus per venas, veluti per canales, irrigat, alimentum in chylum conversum in ventriculo distribuens, in ipsoque in sanguinem conversum, singulis membris commutat, curvisinodi est illud; ossibus quoque, medullae medullam, nervis nervum, oculis oculos, capillis capillum, cuti cutem, unguibus unguem; atque ita fit infantis incrementum in virum, pane est in corpus mutato, & potione in sanguinem. Saracen. Vera memoras. Samon. Eodem etiam pacto intelligi fieri nostrum mysterium: Sacerdos enim panem super mensam sanctam deponit, pariter & vinum: & comprecondo, invocatione facta Spiritus sanctus descendit, & supervenit in ea quae sunt proposita, & igne suae divinitatis in corpus & sanguinem Christi panem & vinum commutat, non minus, quam jecur alimentum in corpus ejusdem hominis. An non, amabo, concedis posse sacrosanctum Dei Spiritum idem praefare, quod tuum jecur? Saracen. Concedo. Samon. Hoc igitur corpus & sanguinem assumimus in remissionem peccatorum, & in vitam aeternam, Domino nostro ita dicente: Qui manducat meam

carne, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. E Saracen. At verò cum Christus hoc discipulis suis tradidit, non multas precepciones effudit, neque sic vos admonuit dicere: quomodo igitur vos non ita facitis? Imò precibus multis vobis opus est. Samon. Christus, quatenus Deus, Dominus erat sui corporis & animae, ut ipse ait: Potestatem habeo dandi animam meam, & rursum accipiendi eam: Cum igitur ipse natura esset Deus, illud tunc panem illum sua potentia divina & gratia sanctificavit; Hoc est corpus meum, dicens, habens Patrem & Spiritum sanctum in semetipso: sicque panem in corpus proprium convertit; nec alio quopiam se praesantior opus habuit, qui sanctificaret panem: Nam quod inferius est, benedicitur à superiore: Siquidem ipse Christus, cum non sit inferior Patre & Spiritu sancto, sua potentia, quidquid vellet, efficiebat. Sacerdos autem, qui est apud nos, est Christi typum gerat, tamen homo est, omnino obnoxius peccatis & obvinus: nemo enim expertus peccati, ut divinus sermo habet, licet unius horae sit vita ejus, nisi solus Deus; propterea indiget multis precibus, & proinde quidem pro ignorantis propriis, deinde pro peccatis populi, ut ait Apostolus. Quocirca & omnis populus altans extra adytum, cum Sacerdote comprecatur, eumque adjuvat. Sacerdos igitur Deum Patrem orat, ne quid intercedat impedimenti, quò minus sacrosanctus Spiritus adveniat, sed rursus dimittat Spiritum divinum sacrae hujus operationis initiatorum atque sanctificatorem, qui nullum non loco praesens est, per quem omnia quae in caelo & in terra sancta dicuntur, participatione ejus sanctificantis gratiae sanctificantur; ut propositum panem & calicem in sacrificium perficiat, & ea commutet in illud ipsum Dominicum corpus & sanguinem Christi. Saracen. Haec communitio & sacrificium corporis & sanguinis Christi, quod offeris sacerdotis, verumne est Christi corpus & sanguis verus, an exemplar corporis ejus, perinde atque sacrificium hirci, quod Judaei offerunt? Samon. Absit, nos appellemus exemplar corporis Christi, sanctam communionem, aut panem nudum, aut figuram, aut imaginem: quinimò corpus ipsum reverè & sanguinem Christi Dei nostri convertium assumimus, qui incarnatus & genitus est ex sancta Dei Genitrice, semperque Virgine Maria. Sic enim credimus, & ita profitemur juxta vocem ipsius Christi, quam ad discipulos in cena illa mystica, tradens eis panem vivificantem, pronuntiabat: Accipite, comedite, hoc est corpus meum. Similiter & calicem eis tradens, inquit, Hic est sanguis meus. Non dixit: Hoc est exemplar mei corporis & sanguinis; aut imago. Er in plerisque aliis locis constat Christum dixisse: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Ceterum cum ipsemet Christus testificetur, corpus suum esse reverè, & sanguinem id quod nos fideles offerendo assumimus, quid amplius est opus de hac re dubitare, si Deum, & Filium Dei ipsum esse credimus? Si enim ex nihilo mundum condidit, & verbum ejus verum est, vivum, efficax atque omnipotens, & quaecumque voluit, Dominus fecit omnia; nonne potest panem in suum ipsum corpus mutare, & aquae & vini communionem in proprium sanguinem? Nam quemadmodum initio dixit: Germine terra herbas virentes, & usque in hodiernum diem, eo pluviam mittente, terra germinat herbas, quae Dei auxilio protegitur, ejusque jussu id praefare cogitur: Ita locus est Deus, Hoc est corpus meum: &, Hic est sanguis meus: &, Hoc facite in meam commemorationem: idque Omnipotentis mandato usque ad secundum ejus adventum fit divina inspiratione & accessu Spiritus Sancti. Saracen. Sed quare Christus sub specie panis, vini & aquae abditum suum corpus & sanguinem potius ad sumendum tradidit, quam sub alia materia? Samon. Demittente enim se Deo, perque ipsum inenarrabilem providentiam, condonationem, & erga nos dignationem factum est, ut per ea, quae nobis usu ad edendum & bibendum familiaria sunt, transcamus, & ad ea suscollamur, quae nostram exuperant naturam, id est, ad mysteria divina. Quin etiam inter alios omnes cibos panis sibi primum locum vindicavit. Iidem & inter potiones aqua & vinum primas tenent. His igitur, pane, inquam, vino & aqua nobis assistentibus, Dominus conjuncta sua divinitate, virtute sui verbi, qua omnia, ut essent, ex nihilo producit, in proprium suum corpus & sanguinem ea transfert. Verum tamen panis & vinum assumuntur & apparent.

A Feria V. In cena Domini à Fratibus adorari, & exponi consuevit.

Catinum sive Paropsis, fuit quadrangularis, & scissilis, secundum D. Thomam, & Rabanum. Et Zacharias episcopus Chrysolitaneus l. 4. c. 1. Quod Mattheus paropsidem, Marcus catinum dicit, unus quadraturam vasis, alter quia scissile esset, designat. Cablonensis tamen smaragdinum facit, & ex Herodis fuisse cimiliis, qui hic Pascha celebrare consueverat, adserit, & adhuc hodie Genuse asseruari.

Mappa Olyssipone in D. Rochi templo custoditur, & creditur manibus Deiparæ elaborata, cum sit acupida inferis liliis per totam.

Culter ad D. Maximi est prope Treutris, ut piè existimatur. Panis Azymus fuit & mundus, juxta superius dicta, Rotundum fuisse, Epiphanius in Auctor. opinatur.

Vinum rubrum fuisse, conijciunt fortassis, quòd istius regionis vina colorem hunc referant, Hinc Petrus Pentanus consider. 16. cecinit:

—Sacrum rubro de fonte liquorem Efficit, & puro sumendum ramine præbet.

Quamquam magis poetice, ut opinor, quam verè; constat enim vina Græca, & Syriaca esse subtilis coloris, instar malvatici, quod ex Creta deferunt.

Et hæc quidem paucis quoad Institutionem & Circumstantias cenæ Eucharisticæ. Si quis certiora alibi reperit, emendet hæc nostra, eaque boni consulat.

MUTATIO SIVE CONVERSIO IN HOC SACRAMENTO.

QUAM TRANSUBSTANTIATIONEM DICIMUS.

Fide Catholica tenemus, Christum Dominum in ultima cenæ benedicendo Panem & Vinum, ac super illa profecto hæc verba, Hoc est enim corpus meum: & Hic est calix sanguinis mei, novi & æterni testamenti, &c. eadem integrè secundum substantiam, ac totaliter, in suum corpus & sanguinem convertisse, sic ut materia in materiam, & forma in aliam formam transiret, accidentibus quibusdam, ut puta coloris, saporis, quantitatis, aut similibus, extra subjectum remanentibus; sub quibus tamen corpus Dominicum verè constituebatur, prout etiam in Ecclesia Catholica per Sacerdotes, dummodò faciunt quod faciunt, fit ut substantia panis & vini, quæ ita convertitur, nulla ratione maneat aut in Eucharistia, aut in rerum natura, nisi secundum accidentia tantum: totaque eorum substantia, & hypostasitas, ut loquuntur Theologi, atque existentia ibi desinat; idque non ex vi actionis, ut subtiliter docet Suarez 9. 7. 5. sect. 6. de hoc Sacram. qua per verba consecratoria efficitur corpus Christi, & sub speciebus permanentibus constituitur; sed alterius positivæ, juxta D. Thomam in 4. d. 3. q. 1. art. 4. qua substantia illarum rerum expellitur, sive destruitur effectivè, quia verba illa habent efficaciam ad veritatem efficiendam quam significant: possunt ergo effectivè expellere substantiam priorem ex vi alicujus actionis realis; alioquin non dicerentur res illæ quoad substantiam destrui, sed ad summum definire esse, & annihilari. Verum cum instituti nostri non sit longas in re Theologica ingredi disputationes, recurret Lector ad illos qui hoc argumentum discutunt. Nos Tridentinæ Synodo adhaeremus, quæ aliorum Conciliorum decretis, Patrumque omnium ætatum testimonis, & receptæ doctrinæ inherens, anathema dicit negantibus, in Sacramento Eucharistiæ contineri verè & realiter & substantialiter corpus & sanguinem, unâ cum anima & divinitate, Domini nostri Jesu Christi; adeoque mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dumtaxat illorum speciebus. Ita Conc. sess. 13. can. 1. & 2.

Hanc autem conversionem aptissimo nomine ecclesia Catholica appellat Transubstantiationem: quia cum hæc tota substantia transeat in totam substantiam, quod in alia nulla conversione fit; nullum nomen alias conversiones significans, hanc aptè explicat. Unde & novum excogitari oportuit, quod illam significaret. Quamvis in re idem dixerint Veteres, qui hanc mutationem appellant transmutationem, transitum, translationem, migrationem, alisque loquendi formulis, quas videre est apud Rupertum l. 5. in Joannem. Theophylactus Transubstantiationem vocat, quasi sit velut mutatio usque ad prima elementa, imò usque ad materiam primam; sed durior ea vox, neque ita accommodatè significat conversionem totius substantiæ in totam substantiam, veluti transubstantiatio.

Nec habent Novatores, quod obganniant. Potest enim Ecclesia ad hereses confutandas, & explicanda mysteria: nova invenire nomina, quæ res antiquas, & veritatem Catholicam propriè exprimat, quomodo olim nomen Olyssipone, & naturalis, est fidei: atque in illius confirmationem adducuntur multa. Primum, Figuræ veteris Testamenti, quæ sunt luculentissimæ, imò pleræque. Si materiam & rem species, longè digniores pane propriè dicto, v. g. Agnus Paschalis, & Manna: ac longè perfectius significant Christum, quam nudus panis; ergo cum figuræ debeant rebus suis figuratè esse inferiores, utique quid angustius præfigurasse dicendæ sunt, quam panem nudum; sed talem panem, de quo Dominus, Panem quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita.

Promissio à Christo facta Joannis c. 6. quæ, si promittentem, si eos quibus promissio facta est, species; solum, inquam Dei, qui venerat in mundum peccatores salvos facere, ac filios novi testamenti constituere, sanè promissio de magna & præstantissima estimari debet, præsertim si ratio totius dicitur, qui fit præscripto c. 6. attenditur. Siquidem Judæi volebant more suo signum aliquid divinum, quo in eum crederent, præstantius, quam olim Moyses populo suo exhibuerat, dando illis manna in deserto per annos 40. & circiter sexties centena millia alendo. Verum Christus dictum Manna exturbat comparatione panis quem ille datus erat, qui non uni populo, sed universo mundo vitam largiretur; eumque vocat panem de celo verum; imò se esse panem illum, de quo loquitur, adfirmat, nec aliud esse quam propriam vitam carnem, adeoque suam carnem verè esse cibum, hoc est, perfectè habere cibi conditiones, & sanguinem suum verè esse potum. Parva autem & indigna tum liberali Domino promissio foret, si dumtaxat panem, sive crustulum farinaceum, filius illic polliceretur: & non aliud longè præstantius pane illo Angelorum manibus confectò, & per Moysen veteri populo exhibitò: neque etiam cætera illius capitis, aliter quam de vero corpore, non autem figuratè, intelligi queant. Joan. c. 6.

Instituto facta à Christo post eum Agni legis in ultima cenæ. Debuit cum typo veritas conjungi, & hujus luce illius caligo pelli; & quia Sacramentum hoc in mortis Christi symbolum, & memoriale dilectionis ejus erat institutum, tunc institui oportuit, quando proximè mors imminerebat, & à suis auferendus erat. Igitur hic instituit, & dedit quoad ante promiserat, unde ipsè penè verbis utitur, dum dicit: Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: Sanguis qui pro multis effundetur; quomodo promiserat panem qui erat caro ipsius, quem datus erat pro mundi vita. Ideoque verbes adeo claris & perpicuis usus fuit, ne ullus reliqueretur ambigendi locus de veritate corporis sui in hoc Sacramento, sive hoc ipsum, quod in illo datur & sumitur, esse verè corpus suum. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Epi. 1. Cor. 11.

Ufus tanti mysterii ab Apostolo præscriptus, & ad nos usque derivatus. Probat, ait ille, seipsum homo. Quid est, inquit Gregorius, se probare: nisi evacuata peccatorum nequitia, se probatum ad mensam Dominicam & purum exhibere? & sic nempe probatus, de pane illo edat, & de calice bibat; & sequitur: Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini, nempe præ alio cibo communi & indifferenti. Nam ut eleganter S. Iustinus, in orat. ad Anton. Fum. Imp. Nos Christiani, ait, Eucharistiam non ut communem cibum sumimus, sed credimus, quòd sicut per verbum Dei, filius Dei factus est homo: ita per verba consecrationis in eucharistia, fiat & sic caro & sanguis Christi. Quid verò tanta discussione & examine opus, si dumtaxat communis panis manducandus, & bibendum vinum; neque enim de nudo signo verum est, quòd qui illud indigne sumit, sit reus corporis & sanguinis Domini? Epi. 1. ad Cor. c. 11.

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Nec habent Novatores, quod obganniant. Potest enim Ecclesia ad hereses confutandas, & explicanda mysteria: nova invenire nomina, quæ res antiquas, & veritatem Catholicam propriè exprimat, quomodo olim nomen Olyssipone, & naturalis, est fidei: atque in illius confirmationem adducuntur multa. Primum, Figuræ veteris Testamenti, quæ sunt luculentissimæ, imò pleræque. Si materiam & rem species, longè digniores pane propriè dicto, v. g. Agnus Paschalis, & Manna: ac longè perfectius significant Christum, quam nudus panis; ergo cum figuræ debeant rebus suis figuratè esse inferiores, utique quid angustius præfigurasse dicendæ sunt, quam panem nudum; sed talem panem, de quo Dominus, Panem quem ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi vita.

Promissio à Christo facta Joannis c. 6. quæ, si promittentem, si eos quibus promissio facta est, species; solum, inquam Dei, qui venerat in mundum peccatores salvos facere, ac filios novi testamenti constituere, sanè promissio de magna & præstantissima estimari debet, præsertim si ratio totius dicitur, qui fit præscripto c. 6. attenditur. Siquidem Judæi volebant more suo signum aliquid divinum, quo in eum crederent, præstantius, quam olim Moyses populo suo exhibuerat, dando illis manna in deserto per annos 40. & circiter sexties centena millia alendo. Verum Christus dictum Manna exturbat comparatione panis quem ille datus erat, qui non uni populo, sed universo mundo vitam largiretur; eumque vocat panem de celo verum; imò se esse panem illum, de quo loquitur, adfirmat, nec aliud esse quam propriam vitam carnem, adeoque suam carnem verè esse cibum, hoc est, perfectè habere cibi conditiones, & sanguinem suum verè esse potum. Parva autem & indigna tum liberali Domino promissio foret, si dumtaxat panem, sive crustulum farinaceum, filius illic polliceretur: & non aliud longè præstantius pane illo Angelorum manibus confectò, & per Moysen veteri populo exhibitò: neque etiam cætera illius capitis, aliter quam de vero corpore, non autem figuratè, intelligi queant. Joan. c. 6.

Instituto facta à Christo post eum Agni legis in ultima cenæ. Debuit cum typo veritas conjungi, & hujus luce illius caligo pelli; & quia Sacramentum hoc in mortis Christi symbolum, & memoriale dilectionis ejus erat institutum, tunc institui oportuit, quando proximè mors imminerebat, & à suis auferendus erat. Igitur hic instituit, & dedit quoad ante promiserat, unde ipsè penè verbis utitur, dum dicit: Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: Sanguis qui pro multis effundetur; quomodo promiserat panem qui erat caro ipsius, quem datus erat pro mundi vita. Ideoque verbes adeo claris & perpicuis usus fuit, ne ullus reliqueretur ambigendi locus de veritate corporis sui in hoc Sacramento, sive hoc ipsum, quod in illo datur & sumitur, esse verè corpus suum. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Epi. 1. Cor. 11.

Ufus tanti mysterii ab Apostolo præscriptus, & ad nos usque derivatus. Probat, ait ille, seipsum homo. Quid est, inquit Gregorius, se probare: nisi evacuata peccatorum nequitia, se probatum ad mensam Dominicam & purum exhibere? & sic nempe probatus, de pane illo edat, & de calice bibat; & sequitur: Qui enim manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini, nempe præ alio cibo communi & indifferenti. Nam ut eleganter S. Iustinus, in orat. ad Anton. Fum. Imp. Nos Christiani, ait, Eucharistiam non ut communem cibum sumimus, sed credimus, quòd sicut per verbum Dei, filius Dei factus est homo: ita per verba consecrationis in eucharistia, fiat & sic caro & sanguis Christi. Quid verò tanta discussione & examine opus, si dumtaxat communis panis manducandus, & bibendum vinum; neque enim de nudo signo verum est, quòd qui illud indigne sumit, sit reus corporis & sanguinis Domini? Epi. 1. ad Cor. c. 11.

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

Epitheta tam in sacris literis, quam Patribus, ea sunt quæ non aliud, quam rem divinitate plenam, cælestem, præstantissimam

A simam in hoc Sacramento arguunt. Ipse Christus prima veritas, vocat hoc Sacramentum, Panem qui de celo descendit: Panem vivum: carnem sitam dandum pro mundi vita: corpus suum: & Paulus, Corpus Domini.

Patres verò magna cum reverentia & timore de eodem loquuntur, variisque nominibus illius præstantiam exprimerent conati sunt. Dicitur communi appellatione Eucharistia, quod bonam gratiam sonat, vel gratiarum actionem; continet enim in se omnis gratiæ fontem: & cum gratiarum actione institutum est. Ita fere SS. Patres.

Vocatur Communio, quod Græcè κοινωνία: Communicamus enim, ait S. Damascius, de orthodoxa fide 4. cap. 14. per ipsum Eucharistiam Christo, & participamus de carne ipsius, & divinitate.

August. lib. 9. confess. vocat, Sacramentum pretii nostri. Ambros. l. 4. de Sacram. c. 4. Venerabile Sacramentum. Philo Episcopus in Cant. Salom. Sacramentum ineffabile. Joan. Damascenus, Tremendum Sacramentum, orat. de iis qui dormierunt.

Cyprianus, Sanctum Domini. Serm. de lapsis. Ecclesia appellat, Pignus futuræ gloriæ, in Antiphona, à Sacramentum vivum, &c.

S. Ignatius Martyr, φάρμακον ζωής: Medicamentum immortalitatis.

Dionysius Areopagita, Communionem: Sacramentum Sacramentorum, & omnium Sacramentorum præstantissimum cap. 7. de Eccl. Hierarch. Et passim omnes, dum de hoc Sacramento loquuntur, appellant illud, Corpus & sanguinem Domini; vitiumque, hostiam salutarem, &c.

Patres omnium ætatum ita de veritate & præsentia corporis & sanguinis Domini in hoc Sacramento senserunt, dum primò, nunquam appellant illud figuram corporis, sed ipsammet verum corpus. Secundo, dum affirmant illud differre à figuris Agni Paschalis, Mannæ, panibus propositionis, ut veritatem ab umbra, rem divinam à terrena. Tertio, dum comparant Christum in Eucharistia, cum eodem in præsepiti, in celo, &c. imò indignè sumentes hoc Sacramentum, cum illis qui Christum occiderunt. Quarto, dum affirmant panem transmutari in corpus Christi, panem in carnem, &c. Quinto, quando docent, non posse intelligi fine fide mysterium hujus Sacramenti, ac superare humanum captum. Denique ex veneratione, qua semper hoc Sacramentum fuit prosequuti, & effectibus plane cœlestibus, quos illi familiariter attribuunt. Quorum omnium testimonia per atates congesti in varias classes Joan. Garesius lib. de verit. corp. in Eucharist. ad quem, Lectorem remitto. Paucissima tantummodo è multis subjiciam.

S. ANDRÆAS Apostolus iustus imolator idolis, respondebat: Ego omnipotenti Deo immularum agnum quotidie sacrifico; & intrâ: Cujus carnes cum populus manducavit, Agnus qui immolatus est, interceperat & vivus. Ex libro passionis illius à discipulis conscripto.

S. ICRNATIUS Episc. ad Smyrn. dicit: Eucharistias & oblationes non admittunt, quòd non consecrantur, Eucharistiam esse carnem Salvatoris, quæ pro peccatis nostris passa est. Theodor. dial. 3.

Papa primus ejus nominis, qui vixit post primam ætatem Christi, statuit peccatum in eos, quorum negligentia aliquid Dominicæ sanguinis in terram, vel super Altare decideret; ac meminit hujus Tertul. lib. de corona militis.

Tertul. lib. de resurrecl. carnis, ait scribit: Caro corporis & sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo saginetur.

Hilar. lib. de Trinit. 8. De veritate, ait, carnis & sanguinis, non est relictus ambigendi locus; & loquitur de Eucharistia.

Cyril. teros. Catech. mystag. c. 4. Cum Christus ipse affirmet & dicat de pane, Hoc est corpus meum: quis deinceps audeat dubitare; ac eodem quoque confirmare & dicente, Hic est sanguis meus; quis inquam dubitet, & dicat non esse illius sanguinem?

Chrysost. in Matth. hom. 83. Quoniam ergo ille dixit, Hoc est corpus meum; nulla teneamur ambiguitate; sed credamus, & oculis intellectus id percipiamus. Et ita loquuntur passim omnes.

Ecclesiæ totius consensus, eadem hæc confirmat & approbat. Miracula, hujus veritatis infallibilia testimonia, plura sunt & nonnulla infra suo ordine afferentur.

ERRORES CIRCA HANC VERITATEM.

Primi qui veritatem Christi in Eucharistia in dubium

revocarunt, fuerunt Iconomachi, post annum Domini 700. in E quodam Concilio celebrato Constantinopoli. Dicebant enim, unicam esse imaginem Christi: nempe in Eucharistia panem & vinum, quæ repræsentant carnem & sanguinem. Constat ex Synod. 7. a. 6. tom. 2. in fine. Bellarm. lib. 1. cap. 1. de Euchar.

Quidam Joan. Scotus, tempore Caroli Magni, etiam dubiè de eadem re scripsit. Estque illius liber damnatus in Concilio Viennensi, ut testatur Lanfranc. in lib. suo de verit. corp. Christi in Euchar.

Post hunc quidam Bertramus circa annum D. CCC. LXXXVI. in controversiam vocare cepit, an verè in Eucharistia esset illud corpus, quod Christus traxit de virgine Maria. Ejus errorem refutavit Paschasius Abbas Corbejen-sis illi contemporaneus. Bellarm. supr.

Et quamvis prædicti eum errorem asseruerint, nemo tamen eum publicè defendere, aut propagare studuit, donec circa annum Domini M. L. Berengarius natione Gallus, patria Turonensis, Ecclesiæ Andegavenis Diaconus, homo arrogans & sophismatibus dialecticis deditus, ut Guimundus testatur, cepit palam docere, corpus Christi non verè esse in Sacramento altaris, sed significativè tantum: quia in ipso sunt quædam signa, corpus & sanguinem Domini præsentantia, Proinde hæc Domini verba, Hoc est corpus meum, ita intelligenda pronuntiavit, quomodo illud Pauli, Petra erat Christus: ut verbum [est] sit idem, quod significat: aut [corpus] accipiatur pro figura corporis. Hujus erroris causa Leo IX. Pontif. Concilium indixit Vercellis, in quo Berengarius, nisi resipisceret, condemnatus.

Leone autem mortuo, cepit de novo Berengarius novitiæ suæ doctrinæ virtus per universam Galliam distunderi. Quare Victor II, qui Leoni in Cathedra Apostolica successit, concilium Turonis convocavit, in quo ille iterum convictus fuit.

Sed ad vomitum ut canis mox rediit; unde Nicol. II. Victorii succedens, Romæ Conc. C. & XIII. Episcoporum coegit, in quo Berengarius assitens, suam hæresim abjuravit acceptis verbis, quæ citantur in Decr. de consecr. d. 2. c. Ego Bereng.

Cæterum, quod hæreticis proprium, etiam tunc ad extremum resistit, & ad novum opinionis portentum deflectit. Nam cum prius docuisset, Corpus Christi esse dumtaxat in figura in Sacramento, cepit asserere, illic verum adesse corpus, sed unâ cum eo manere substantiam panis: adeoque Christum esse impanatum, sicut est incarnatus: cujus erroris gratia rursus vocatus Romam ad Concilium Gregor. VII. auctoritate indichum, eundem revocavit; ut meminere Blondus in hist. & Sabellii.

Hujus autem duplicis erroris jamdiu sepulti memoriam excitavit, anno quidem M. CCC. LXX. Joannes Vvicel, & nostro seculo Andreas Carolostadius Archidiaconus VVier-temberg, & cum eo Zvinglius, & Oecolampadius, ac Martinus Lutherus impurus Apostata. Denique ad extremum Joannes Calvinus in Institutionibus, anno M. D. XXXVI. Lege Jansenium Concord. c. 131.

Errores Calvini circa hoc Sacramentum sunt. Primò, quòd symbola cenæ tantum sint in terra, corpus autem Christi tantum in celo; idque in certo & determinato loco cæli. Lib. cui tit. consensus cum pastor. Tigurinis.

2. Quòd licet hæc ita sint diffusa, tamen conjunguntur non solum ratione signi, sed quia cum signo etiam Deus nobis verè exhibet ipsum Christi corpus & sanguinem. Ita habet in cap. 26. Matth.

3. Dicit, Christum in cena nobis veram propriamque carnis & sanguinis sui substantiam donare; quod quia repugnat primæ illius assertioni, dicit, hanc conjunctionem rerum ita diffusarum sola fide comprehendendi, lib. 4. Inst. s. 17. §. 7. 10. & 32.

Adeoque communicationem omnem corporis Domini tantum fieri per fidem, qua apprehendimus, Christum in Cælo existentem velut nostrum fieri, ut participemus bona ipsius, unde sequitur, non aliam in Sacramento hoc fieri conjunctionem Christi nobiscum, quam per cogitationem. Itaque revocavit hic primum errorem Berengarii: Lutherus verò secundum, quando substantiam panis cum corpore agnoscit: Quamvis in hoc Lutherus cum illo dissentiat, quòd Berengarius dixerit panis substantiam à Christo assumi in persone unitæ, quem admodum à Dei filio assumpta est humana natura: Lutherus verò Christum non assumere substantiam panis dicit, sed sub ea manente verum Christi corpus consistere; unde cogitur hæc verba, Hoc est corpus meum, ita exponere, Sub hoc pane est corpus meum; scilicet, ut exponit Lutherus in libello qui incriti-